Nequiſſimum fuit iudicium pylati q barrabam latronem homicidam ſeditioſum dimiſit dn̄m iheſu xp̄m morti cōdempnauit. Mat. xxvij.

Cū paulus eiciſſet demoniū de puella phitoniſſa accuſatus fuit a domino illius quiꝰ ipſa queſtū diuinādo prebebat magiſtratus autem fecit paulū et ſylam virgis cedi et in carcerem mitti. Actuum. xv.

Iudeis paulū accuſantibus dixit gallio ſi eſſet iniquū aliqd aut facinus peſſimū recte vos ſuſtinere. Si vero queſtiones ſunt de lege veſtra voſipſi videritis. Actuum. xviij.

Princeps ſacerdotū iuſſit percuti os pauli tūc ait paulus percuciet te deꝰ paries dealbate et tu ſedēs iudicas me de lege ſm legē cōtra legē iubes percuti. Act. xxiij.

Dixit feſtus preſes nō eſt conſuetudo romanis dampnare aliquē hominem prius q̄ is qui accuſatus eſt ante preſentes accuſatores locum defendendi habeat. Act. xxv.

Nota quicqd hic de iudicio ponitur de iuſticia accipi poteſt.

De iuramento

Dixit abymalech ad abrahām dn̄s tecum eſt in vniuerſis q̄ agis iura ergo michi ne michi noceas dixitq abraham ego iurabo. Gene. xxi.

Iacob et laban inierūt fedus et iurauit iacob per timorē patris ſui yſaac. Gene. xxxi.

Moyſes iurauit q habitaret cum iethro et accepit ſephoram filiam eiꝰ in vxorem. Exo. ij.

Pepigit ionathas fedus cū domo dauid et iurauerunt ambo primo. Regū. xx.

Flente dauid pro filio ſuo abſolon dixit ioab ſurge et procede et alloquens ſatis fac ſeruis tuis. iuro eīm tibi per deū q ſi non exieris nec vnꝰ quidem remanſurus ſit tecum primo. Re. xix.

Iurauit dauid berſabee matri ſalomonis q ipſe ſalomō regnaret poſt ipſū. iij. Re. i.

Salomō audita peticione matris pro adonia iurauit p deū dicens hec faciat deus et hec addat qa cōtra aīmam ſuā locutus eſt adonias verbū hoc. iij. Re. ij.

Benedab rex ſyrie indignatus ad reſponſionē achab ait hec faciet michi deꝰ et hoc addidit ſi ſuffecerit pulnis ſamarie pugillis omnis populi q ſequitur me. iij. Regum. xx.

Simile iuramentum fecit iſrahel q helyam prophetam occideret cras. Regum. xix.

Nabuchodonoſor iurauit q defenderet ſe. Iudith. i.

Rex anthiochus filius anthiochi miſit ad iudeos pacem facere cum illis et cepit cicius iuramentum primo. Machabe. vi.

Petrus dicentibꝰ ſibi et tu ex illis es cepit iurare q nō nouit hominem Mat. xxvi.

De iuſticia.

Abrahā volens ſeparari a loth nepote ſuo dedit ei opcionē vt quā partē vellet eligeret. Gene. xiij.

Adducto agag rege amalech corā ſamuel ait ei ſamuel ſicut fecit gladius tuus mres abſq liberis ſic abſq liberis erit mater tua. j. Re. xv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dixit dauid ad ſaul qui cū iniuſte perſequebatur. dn̄s retribuet vnicuique ſcḋm iuſticiā ſuam. i. Re. xxvi.

Conſtituit dauid et quaſi pro lege habitum eſt ꝙ equa erit pars deſcē dentis ad prelium et ad ſarcinas remanentis. i. Re. xxx.

Precepto aſſueri ſuſpenſus ē amā in eodē patibulo quod mardocheo parauerat et hoſtes iudeorū eodem die a iudeis occiſi ſunt. Heſter. vi. et vij. Iubente dario rege qui danielē accuſauerūt in lacum leonum in quo ipſe fuerat miſſi ſūt. Dani. xiiij.

Sicut populꝰ duobus preſbiteris fecit ipſi contra ſuſannam facere volebant. Danielis. xiij.

Anthiochꝰ ſicut ipē alios male ꝑcuſſit ita ip̄e ſe peſſime perculſꝰ interijt ij. Machabeo. ix.

Nota hic de ſeruo nequā quomodo punitus fuit quia noluit miſereri conſeruo ſuo. Mat. xviij.

De luxuria.

Luxuria cauſa fuit diluuij precipua. Gene. vi.

Nota quātum mala euenerūt pro ardenti amore ſichem filij emor qui dinam filiam iacob violenter oppreſſit. Gene. xxxiiij.

Luxurioſi luxuriā quoqꝫ in alijs deteſtantur vt patet de iuda qui dixit de thamar producite eam vt comburatur et tamē ipſemet licet neſciens impregnauerat eam. Gene. xxxviij.

Iudicum. xx. legitur ꝙ viginti quinqꝫ milia hoim ꝓpter luxuriā mortui ſūt

Dauid cum berſabee adulteriū cōmiſit et poſtea vriam virum eiꝰ occidit. ij. Regum. xi.

Amō filius dauid thamar ſororē ſuam oppreſſit propter quod poſtea occiſꝰ fuerat ab abſolōe ī conuiuio. ij. Re. xiij. Nota de ſodomitis de filiabꝰ loth Ge. xix. Deteſtabilē luxuriā cōmiſit abſolō cū concubinis patris ſui et cito poſt occaſus ē. ij. Regum. xvi.

Adamauit ſalomō mulieres alienas et deprauatū ē cor eiꝰ per eas et adorauit deos alienos. iij. Re. xi

Dixit angelus thobie iuniori in eos qui coniugium ita ſuſcipiunt vt deum a ſe excludant qui ſui libidini vacāt demon habet poteſtatem ſuper eos Thobie. vi.

Quid ergo adulteris et fornicatoribꝰ qui nil aliud intendunt niſi vt ſuam fedam expleant libidinem.

Cor holofernis concuſſum eſt pulchritudine iudith et ardebat in concupiſcenciam eius. Iudith. xij.

Duo ſenes arſerunt in concupiſcenciam ſuſanne et poſtea male interierunt. Danielis. xiij.

Tēpore anthiochi templum luxuria et comeſſationibꝰ erat plenum et ſcortancium cū meretricibꝰ. ij. Machabeorum. vi.

Herodes occaſione herodiadis quā contra legē duxit iohannē baptiſtā decollauit. Mat. xiiij. et marci. vi.

Inter illos qui ad cenam magnam vocati ſunt excuſauit ſe ille qui vxorē duxit et ideo noluit venire. Lu. xiiij

Ex quo patet ꝙ ad cenā eternā venire n̄ poſſunt qui nimis libidini vacant

Iſtud exemplū de filio ꝓdigo multum debet commouere homines ad cauendum a luxuria quia propter hoc multa mala incurrit vt patet ſupra. Lu. xv.

De maledictione dei.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf